



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis**

**Gilbertus <Tornacensis>**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

meas, & circumdabo altare tuum Domine. Quis enim corde polluto ad altare accedit, carnem Christi consecrat, contrectat, & comedit, nisi qui sibi iudicium manducat & bibit? Signa autem qua pulsantur in Missa principio, tubas argenteas signant & ductiles, quibus conuocabatur populus in veteri Testamento. Unde in libro Numeror. legitur: Fac tibi duas tubas argenteas, quibus conuocare possis multitudinem. Et quod distinguebatur antiquitus in clangore tubarum & differentia sonituum, hoc idem representatur nunc in Ecclesia, cum aliter pulsetur in festis, aliter etiam pro mortuis, & aliter in conuocationibus faciendis.

Nam. 10.

## CAP. XVI.

De accessu Episcopi ad Altare.

**P**reparatus igitur Episcopus ad celebrandam Missam solemnibus indumentis ad altare procedit.

Et

Et secundum morem Romana Ec-  
 clesie precedit Subdiaconus, qui  
 portat librum Euangelij clausum  
 usq; ad altare: quo ibidem aperto  
 osculatur Episcopus librum. ducunt  
 Episcopum Sacerdos & Diaconus,  
 alter hinc, alter illinc concomitan-  
 tes Episcopum. Episcopus iste Chri Hebr. 9.  
 stus, assistens futurorum bonorum  
 pontifex: quoniam Ioannes Bapti-  
 sta precessit. Qui cum predicaret Luc. 1.  
 poenitentiam, librum Euangelij an-  
 te Christum portavit: unde & Eu-  
 angelicam predicationem incepit:  
 Et quia Christus discipulis suis sen-  
 sum aperuit, ut scripturas intelli-  
 gerent passionis tempore. Ideo  
 liber clausus aperitur ad altare,  
 quem Episcopus osculatur: quia  
 pax in Euangelio predicatur, & à  
 Christo pax vera nobis relinqui- Ioan. 20.  
 tur. Sacerdos & Diaconus ducunt  
 Episcopum: quia lex & Prophetia  
 annun-

40 DE OFF. EPISC.

- annunciauerunt, & promiserunt  
 Deut. 18. Christum esse venturum. Prophe-  
 tam, inquit, Moyses, suscitabit vo-  
 bis Deus de fratribus vestris. Et  
 Esa. 7. Esaias: Ecce virgo concipiet & pa-  
 riet, &c.

CAP. XVII.

- De cōfel-  
 sione &  
 thurifica-  
 tione Al-  
 taris.  
 Psal. 42. PRAEueniens Episcopus ad alta-  
 ris. Pre antequam officium incipi-  
 at, ut dignè introeat hunc psalmum  
 Prou. 8. enunciat: *Iudica me Deus, &c. cō-*  
 fessionem faciens peccatorum: quia  
 Luc. 18. *instus in principio accusator est sui:*  
 percutiens pectus suum: ubi tria  
 concurrunt. Ictus, ut cordis signi-  
 ficetur contritio: socius, ut oris con-  
 fessio: tactus, ut operis satisfactio.  
 Apoc. 8. Sic enim Publicanus percutiebat  
 pectus suum dicens: *Deus, propiti-*  
 us esto mihi peccatori. Deinde thus  
 imponit thuribulo significans Chri-  
 stum, qui orationes nostro inspirat  
 animo. Unde & in Apoc. designa-  
 tur